

stabulum, **i.** *subs. n.* **ETYM** stare, -bulum. **DLAT** naustibulum?, stabulare, stabularius, stabulatio. **DROM** *it.* stabbiuolo 'pocilga', stabbiare 'stabulo claudere', *rum.* staul; **COMES** STABULI > *cast.* condestable (ˈe1). [**FREQ** media **327**^{indicia} **24**^{/d.c.m.} **254-184** **PLAUT**] *uocabulum scriptis technicis ad agri culturam pertinentibus aptum; et litterariis omne genus inuenitur, magis uersu quam prosa; omnibus usibus, praecipue doctis quotidianisque; inde ab initiis inuenitur, at in fine Antiquitatis declinat.*

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	argumentalis	46	9,2
	dramatica	16	35
	exponens	138	48
	lyrica	14	61
	narratiua	110	22
	satirica	2	10
DIACHRONICA	III-II aec.	11	25
	I aec.	76	30
	I-II ec.	118	31
	III-V ec.	121	18
DIAPHASICA	docta	101	48
	media	210	19
	quotidiana	15	34
DIASTRATICA	litteraria	207	19
	technica	119	44
MODUS	prosa	217	18
	uersu	109	59

¶ *locum ubi aliquis consistit certe designauit, inde per metonymiam aedes et hominum et animalium* • *debió indicar el 'lugar en que alguien se detiene' y, por derivación metonímica, todo aquel recinto en el que se está o se vive, referido tanto a personas como animales* • *se ignora si su uso más antiguo fue el de 'hostal' o se aplicó primero al edificio o recinto destinado al resguardo de animales domésticos*

a1 *aedes animalibus seruandis aptae, siue auibus siue apibus* • *recinto donde guardar los animales, que podían ser aves: jaula, gallinero, corral; o abejas: colmena* [**HYPER** aedificium rusticum **HOL** uilla, fundus **SIM** receptaculum animalium **DOM** pastor; asser, trabs; altus, arduus; armentis seruandis armenta; famelicarum ferarum praeda lupus, leo, fames; **CHRIS** a daemonio securitas pastor bonus; aedificia detergenda purgandaque sterculus, odor, umor, in idonea uergentia uentosus, hiems, oriens, idoneus] **205** **PLAUT** Mil 304. eadem illi insidias dabo, quam mox horsum ad stabulum iuuenix recipiat se e pabulo. **220-130** **PACUV** Trag 223. Quae res te ab stabulis abiugat? Certum est loqui. Clamore et sonitu colles resonantes bount. **37** **VARRO** Rus 2.2. Arietes ... cum redierunt ad stabula e pastu, hordeum si est datum, firmiores fiunt ad laborem sustinendum. **23** **HOR** Carm 1.4.4. Soluitur acris hiems ... neque iam stabulis gaudet pecus. **2-8** **Ov** Met 8.553. uidi contermina ripae cum gregibus stabula alta trahi. **60** **COLUM** 1.6. Pecudibus fient stabula, quae neque frigore neque calore infestentur. **200-300** **PAUL** Sent 5.18.2. Atroces autem sunt, qui equos et greges ouium de stabulo uel de pascuis abigunt. **395-397** **CLAUD** Rapt Pros 2.209. Ille uelut stabuli decus armentique iuuenecam cum leo possedit.  **GLOSS** 2.187.50. ἵπποστάσιον, ὄνοστάσιον. 2.333.4. ὑποστάσιον stabulum equile. 3.260.26. ἔπαυλις uilla, stabulum, ouile, habitatio. 3.261.62. βοοστάσιον stabulum. 5.515.45. stabulum ubi equi aluntur a stabilitate dictum. 5.649.17. arta porcorum stabulum. 5.53.15. caulas stabula. 5.493.6. stabula boum. 5.417.57. repagulis stabulis.

siue iumentis, quae a peregrinis agebantur quibuscumque hospitabantur; immo elephantis; quod Eponae simulacrum ornabat • *o ganado: establo, majada, aprisco, caballeriza; donde acompañaban a los viajeros y pernoctaban con ellos, típicamente decorado con una imagen de Epona; e incluso elefantes* **79** **PLIN** Nat 8.27. Elephantorum generis feminae ... efferantur et stabula Indorum dentibus sternunt. **125** **APUL** Met 3.27. respicio pilae mediae, quae stabuli trabes sustinebat, in ipso fere meditullio Eponae deae simulacrum residens aediculae, quod accurate corollis roseis equidem recentibus fuerat ornatum. **220** **MIN** FEL 28. uos et totos asinos in stabulis cum uestra uel sua Epona consecratis.

MYTH *et muthologica animalia* • *sirenas y centauros* **90** **STAT** Ach 1.111. intra Centauri stabula alta patent. **398** **CLAUD** Quart Cons 555. Nereidum stabulis nutritus Arion.

a2^{docta poesi} *ferarum latibulum* • *guarida de los animales salvajes, guarida de fieras, cubil* [**HYPER** habitatio ferarum] **65-54** **CATULL** 63.53. ad Idae tetuli nemora pedem, ut aput niuem et ferarum gelida stabula forem. **80-90** **STAT** The 1.378. Cadmeius heros ... uasto metuenda umbone ferarum excutiens stabula.

b1 *hospitium qualiscumque generis sed maxime communis quod iumentis partiebatur, immo ad scorta cognoscenda aptissimum* • *albergue, pensión, fonda, que se compartía habitualmente con los animales de tiro y carga, y que se podía utilizar como burdel o coloquial garito* [**HYPER** hospitium **DOM** deuertere; scortis cognoscendis popina; ianitor, stabularius] **205** **PLAUT** Poen 267. an te ibi uis inter istas uorsarier prosedas, pistorum amicas..., quae tibi olant stabulum. **125** **APUL** Met 10.1. quandam ciuitatulam peruenimus nec in stabulo, sed in domo cuiusdam decurionis deuertimus. **400-450** **PROSP** Sent 187. ne uiator tendens ad patriam, stabulum pro domo diligit.  **GLOSS** 2.187.50. πανδοχεῖον.

ante saec. I ec. stabulum sub hoc usu paulum inuenitur, popina hospitium designante usque ad finem Antiquitatis, item caupona minore numero; at stabulum et deuersorium a saec. I aec. etiam inueniuntur • *antes del s. I ec., stabulum aparece poco con este uso, pues fue popina el término que lo representó en todos los tiempos, al igual que caupona en menor número; deuersorium apareció así ya desde el s. I aec.*

b2^{contumeliose dictum; + dat.} *hospitium immundum, qui usus cum deuersorium tempore coniunctum est* • *residencia inmunda de, uso que coincidió en el tiempo con deuersorium* [**HYPER** habitatio **SIM** olenticetum **DOM** de cosas o conceptos desagradables, lugar maloliente balneum, coquina, cisterna, sterculus] **200** **PLAUT** Truc 587. Tune ais me inpuidentem esse, ipsa quae sis stabulum flagiti? **208-212** **TERT** Resurr 37.8. cadauerum stabula.

c^{doctum} *per metonymiam et animalia eis aedificiis inclusa designauit, inde qualiumcumque finium officiorumque expressit* • *por metonimia designó también el contenido animal de tales edificios, el rebaño, cuadra, cabaña, conjunto de los ganados de una hacienda, país, etc.* [**HYPER** grex] **92** **SIL** 3.383. non multa dies generi equarum, properatque senectus, septimaque his stabulis longissima ducitur aestas. **85-103** **MART** Epi 8.28.5. An Tarsesiacus stabuli nutritor Hiberi Baetis in Hesperia te quoque lauit oue? **92** **SIL** 16.330. hic studio furit acris equi, furit ille magistri, hos patriae fauor, hoc accendit nobile nomen antiqui stabuli. **430** **MACR** Sat 5.17.2. seruos ... stabulo regio curantes.

d *rei publicae equilia* • *cuadras o establos públicos o propiedad del Estado* [**HYPER** aedificium militare **SIM** ˉstabulum palatii **DOM** rei publicae aedificia a municipiis fouenda horreum, fabrica] **375** **AMM** 26.4.2. Valentem fratrem stabulo suo cum tribunatus dignitate praefecit  **377** **COD** Theod 8.5.34.2. Nam ut stabula impensis publicis extruantur, contra rationem est, cum prouincialium sumptu citius arbitremur et utilius adparanda. **398** **COD** Iust 8.11.13.2. Horreorum autem uel stabulorum fabricas arbitrato proprio prouinciarum iudices studio laudandae deuotionis adripiant.

stabulum palatii. *rei publicae equilia* • *cuadras o establos públicos o propiedad del Estado* [**HYPER** aedificium militare **SIM** stabulum^d]  **COD** Theod 7.10.1.3 Equos sane non nostros ab stabulis prohiberi palatiorum superuacuum iudicamus.

stabulum sacrum. *rei publicae curae officium imperiale* • *organismo administrativo imperial o cuadra imperial* [**HYPER** officium^b] **INSCR** CIL 6.1731 (D 1278). Fl. Stilichoni inlustrissimo uiro ... comiti domesticorum et stabuli sacri.

e *inde uaria officia quibus stabula publica curae erant* • *de aquí derivan los nombres de diversos cargos públicos a cargo de las caballerizas imperiales*

m. **comes [sacri] stabuli.** *sacri stabuli praepositus* • *conde de la cuadra imperial* [**HYPER** officium^b **SIM** tribunus stabuli]  **COD** Iust 12.1.pr. Praepositos ac tribunos scholarum ... inter quos comites etiam sacri stabuli et cura palatii numerantur. **INSCR** CIL 6.1731 (D 1278).

tribunus stabuli. *sacri stabuli praepositus* • *conde de la cuadra imperial* [**HYPER** officium^b **SIM** ˉcomes stabuli] **375** **AMM** 30.5.19. dexteram stratoris militis iussit abscondi ... ni tribunus stabuli Cerealis dirum nefas cum sui periculo distulisset.

f *ab eo, quod locus ubi consistebatur erat, nomina uariis urbibus dedit* • *por designar el lugar de parada, dio nombre a varias localidades*

n. **Ad Stabulum.** *Galliae Narbonensis urbs* • *La Fonda, ciudad de la Galia Narbonense, hoy Le Boulou* [**HYPER** **NOMEN** urbs **HOL** **PROUINCIA**^c Gallia Narbonensis] **284-305** **ITIN** Anton Aug.

Stabulum. *Mysiae urbs* • *la ciudad misia de Estábulo* [**HYPER** **NOMEN** urbs **HOL** **PROUINCIA**^c Mysia] **79** **PLIN** Nat 5.126. In Mysia ... Stabulum.

m. **Stabuli Porticus.** • *Pórtico del Establo* [**HYPER** porticus] **400** **HIST** AUG Car 19.1. Carus et Carinus et Numerianus ludos populo Romano ... dederunt, quos in Palatio circa porticum stabuli pictos uidimus.

n. **pl.** **Stabulis.** *Rhaetiae urbs* • *la ciudad recia de La Fonda, hoy la ciudad alsaciana de Ottmarsheim* [**HYPER** **NOMEN** urbs **HOL** **PROUINCIA**^c Rhaetia] **284-305** **ITIN** Anton Aug.

n. **Stabulum Diomedis.** [**FORMA** Stabulodio **ITIN** Anton Aug.] *Thraciae urbs* • *la ciudad tracia de Fonda de Diomedes* [**HYPER** **NOMEN** urbs **HOL** **PROUINCIA**^c Thracia^b] **284-305** **ITIN** Anton Aug.

Stabulum Nouum. *Hispaniae urbs* • *la ciudad hispana de Fonda Nueva, hoy Villanueva de Sitges* [**HYPER** **NOMEN** urbs **HOL** **PROUINCIA**^c Tarraconensis] **284-305** **ITIN** Anton Aug.

 ^c *aditus, copia siue locus* *ad* • *lugar a, posibilidad de* **205** **PLAUT** Most 350. Occidit spes nostra, nusquam stabulum est confidentiae, nec Salus nobis saluti iam esse, si cupiat, potest.